



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd ministris altaris supra altare solis communicare liceat. xxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Ut nullus infra presbyterum ordinatus, rem à presbytero consecratam alteri porrigat. Cap. XXXIII.*

*Ex decr. Siluestr. pap. cap. 7.* **N**ullus acolytorum, vel subdiaconorum rem consecratam à presbytero iam aliis porrigat: quia aliud est minister, aliud adfistens, nisi tantum supportet, quod ecclesiam sacerdos imposuerit, ore suo benedictum.

*De illis qui post aliquam degustationem sacrificium acceperint. Cap. XXXV.*

*Ex decr. eurychij. papa, ca. 2.* **Q**ui acceperit sacrificium post cibum, aut post aliquam paruissimam refectioem, nisi pro viatico, pueri tres dies, maiores septem, clerici viginti dies penitentiam faciant. *Ut presbyter illiteratus Missam celebrare non debeat. Cap. XXXVI.*

*Ex decr. Fabiani papa, ca. 10.* **S**acrificium non est accipiendum de manu sacerdotum qui orationes, vel lectiones, & reliquas obseruationes in Missa, secundum ritum implere non potest. *Pro vnus oblatione alterius non spernendam. Cap. XXXVII.*

*Eugenij papa, ca. 17.* **P**RESBYTER pro vnus oblatione, alterius non spernat. *Ut dissidentium fratrum oblationes non recipiantur. Cap. XXXVIII.*

*Ex concil. Africa- no, ca. 93.* **O**blationes dissidentium fratrum, neque in sacramento, neque in gazophylacio recipiantur. *Ut refutanda sint eorum dona, qui pauperes opprimunt. Cap. XXXIX.*

*Ex eodē, cap. 94.* **E**orum, qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus refutanda. *De presbyteris immolantibus. Cap. XL.*

*Ex concil. Ancirano, cap. 1.* **P**resbyteros immolantes, & iterum iudicium adeptos, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerunt, nec ante parentes & affectantes, atque suscipientes, ut aestimaret quidem tormentis aptari, sed his visum tantum & habitu subiici, hos placuit honorem quidem propriae sedis retinere: offerre autem, aut alloqui populum, aut omnino sacerdotalibus fungi officiis non licere.